

MARIENGAARDE B. M. V. et St. Joh. Evangelista

Marien-, Mari-, Mariagarde, -gart, -gairde, -gaerde. Hortus-, Ortus Stae. Mariae, — B. M. V., Garda, Sunte Marie gerda, Sente Mariengairde, -ghaerd, -gaerdt, -guerdt. Non longe a Hallum, Ferwerderadeel, in prov. Frisiae. Medio aevo sita erat ad ripam maris. Dioc. Utrecht, postremo Leeuwarden

Abbatia omnium circariae celeberrima. Fundata anno 1163/64 a Beato Friderico, parcho Hallumensi, viro praeclaro, familia Goslinga, ex qua erat ortus, auxiliante. Ex vita sua nullo modo patet, hanc fundationem primitus fuisse Ordinis Sti. Augustini. Probabiliter Fridericus ab ipsa fundatione normam Praemonstratensium, quam addidicerat in Marienweerd, introduxit etiam in suo Horto, licet aggregatio legalis ad Ordinem, sub paternitate abbatis Steinfeldensis, anno demum 1173 sit peracta. Iam antea, anno scilicet 1170, moniales fuerant translatae in Bethlehem. Mariengarde facta est locuples. Saeculo XIII, ibi maxime floruerunt scientiae et disciplina, ut patet ex „Gestis Abbatum Orti Ste. Marie“, ibi tunc redactis. Abbas fundator Fridericus, sicut et successor eius Siardus († 1230) in Ordine coluntur ut Sancti. Scholas direxerunt canonici in Hallum in canonia ipsa et in Griend, forte etiam in Bakkeveen et Marken. Visitatio anni 1290 invenit ibi 400 religiosos. Filias genuit Hortus Marianus sequentes: Lidlum, Dokkum, Marne, Belbuck. Etiam Grobe (Circ. Slaviae) anno 1230 paternitati illius est subdita¹⁷⁴⁾. Parthenones dependentes praeter Bethlehem: Schildwolde, Heiligerlee, Buweklooster, Gerkesklooster. Curias, interdum insignes, possedit

¹⁷³⁾ Proeliarius p. 26

¹⁷⁴⁾ Nota in Cat. Ninivensi II



in Bakkeveen, Marken, Griend, Jelsum et Nijkerk¹⁷⁵). Ecclesiae incorporatae, et partim administratae: Leeuwarden St. Vitus (1300), Duurswolde, Hallum, Griend, Jelsum, Nijkerk et Marken. Anno 1420 abbates iam erant infulati. Anno 1561, canonia episcopatus, neofundato in Leeuwarden, adjudicata est tamquam dotatio¹⁷⁶), canonicorum seniores facti sunt saeculares et cathedrales. Quod decretum non nisi annis 1566/69 exsecutus est novus episcopus. Tamen vitam communem in abbacia continuerunt religiosi, donec anno 1576 haec est suppressa. Anno 1580 est deleta, et triennio post, monasterium et bona eius sunt venundata. Ossa Beatorum Friderici et Siardi saeculo XVII ablata sunt in abbatias belgicas Tongerlo et Bonne Espérance. Saeculo XVIII adhuc videbantur rudera in Mariengarde, hodie loco eius est praedium.

Archivalia: RA Leeuwarden, Kloosterst., dipl. 1457/1583 — Gem. Arch. Leeuwarden (cf. SINGELS) — Fries. Genootsch. Coll. Burmania Eysinga 36. 4 (1 diploma 1512) — Cf. etiam SIPMA, Chartbk. et COLMJON.

Fontes et Litteratura: Acta Cap. Gen. Laon p. 322, 325 (1538) — HUGO I 837/44 — WAEFELGHEM 159, 379 — *Beneficialb.* 71, 92, 99, 100/02, 145, 157, 182 — BROM, *Arch. Italie* I 405, 1754/55 — IDEM, *Bull. Traj.* Nr. 107, 108 — *Chartbk.* I 130, 195, 202, 203, 213, 523, 713, 718, 748, II 67, 86, 117, 138, 210, 282, 386/88 III 175/77, 184, 423, 549, 590, 1045, 1213, IV 290, 293, 863, 876, 954 (non est completum) — COLMJON nr. 46, 82, 91, 143, 179, 312 — *Corp. Sig. Neerl.* 406 — COTTINEAU 1753 — DIRKS 291/93 — DRIESSEN 89, 132, 180, 849 — EMMIUS *Rer. Fris. Hist.* 16, 108, 112, 179, 806, 808, 813 — FEITH, *Reg. Gron.* 1491, 20; 1492, 24; 1494, 10 — GAN I 110, 543 — GOOVAERTS I 416, II 20, 176, IV 76/78, 78/79, 239, 258 — HEERINGA II 142, 220 — JAPIKSE I 570 — JORRITSMA 76/87 — KIST MOLL I 9 — LEPAIGE II 532/34 (Dodo) — MATTHAEUS *Anal.* III 550, 573 — MOLL II 2, 33/34, 61, 239/40 — *Mon. Bat.* II 83, 104, 137, 166 — *Ned. Klo. Zeg.* 42/48 — *OBGronDr* cf. ind. — POTTHAST 7392, 7219 — PRESSUTTI 5431 — *Reg. v. Aanbr.* I 21/26, 57/61, 105/09, 111, 134/36, 144, III 1/31 — REIMERS FPU 54 — MS REITSMA II 17, IV 68/71, XIX 39, 73, XX 4, 15 — *Rep. Germ.* II 945 — ROMEIN 66/73 — RÖMER II 66, 78 — RUTGERS, *Farmsum* p. 546 (Domus abbatiae in Groningen) — SCHOENGEN, *Schraapzucht* 351/52 (bibliographia vetus) — SCHOTANUS *Beschr.* 40, 312, 315, 327, 328, 331, 341, 343 — IDEM, *Gesch.* 101, 147, 182, 320, 348, 385, 387, 407, 610, 612, 613, 618, 712 — SINGELS No. 43, 162, 176, 218, 236, 262 — SIPMA I 398, 440, 449, 518, II 103, 112, 248, III 21 — *Tegenw. Staat.* I 347, 400, 407, II 196 — v. d. AA VII 675 — v. APELDOORN I 82, 83, II 370/84, 393, 411, 423, 435 — v. d. ELSN (v. supra sub WYBRANDS) — v. HEUSSEN *Leeuw.* 54/57 — v. MIERIS II 719, 720, 729 — H. v. R. Oudh. *Friesl.* V 75, 97/100, 70 — P. v.

¹⁷⁵) Probabiliter numerus curiarum Horti fuit longe maius. *Gesta Abb.* loquuntur v. g. p. 202/03 de curiis in Pecwerth et in Herum, locis, quas Wybrands non potuit definire.

¹⁷⁶) v. LOMMEL, *Ratio* 188/89

THABOR 321, 325, Aant. 162 — W. v. THABOR XII 127 — WINSEMIUS 136, 137 144, 158, 164, 204, 205, 284, 464, 533 — v. EIJCK I 141/46, II 13, 157 — WUMKES cf. ind. — *Gesta Abb.* cf. ind. — AAU 1881:10, 1883:189/90, 1887:240, 1903:166, 178, 184, 1906:193, 1922:243, 1929:381/82, — *Anal. Praem.* II 240, XXII:196, XXVI:111 — D. CANNEGIETER, *Goslinga State te Hallum en hare bewoners*, in: *Fries. Volksalm.* 1896, pp. 88/136 — IDEM, *Iets uit het leven van sommige abten van het klooster Mariengaard onder Hallum (Fragment uit een onuitgegeven beschrijving van Hallum)*, ibidem 1894, pp. 32/66 — E. J. DIEST LORGION, *Het Klooster Mariengaard*, ibidem 1842 pp. 87/100 — P. GLAZEMA, *De Abdij Mariengaarde*, in: *Historia XIII* (1948) pp. 217/22. *Rec. Anal. Praem.* XXVI 110 — A. HALLEMA, *De Kloosterschool van M. bij Hallum in de XIIIe eeuw*, in: „*De Nieuwe Eeuw*“ 1 en 7 Jan. 1926, p. 423 et 475 — J. NANNINGA UITTERDIJK, *Manslag in het Klooster M. in 1543*, in: „*De Urije Fries*“ XII, 455/56 — M. P. v. BUIJTENEN, *St. Vitus van Oldehove. Episoden uit de strijd om Leeuwardens Kerk*, in AAU LXVIII (1949) pp. 1/178, et separatim Utrecht 1950 — *Fries. Volksalm.* VIII 327, IX 23, et X 101 sq. — *Bouwresten van het Klooster M. te Hallumerhoek, 88e Uerslag Fries. Genootsch.*, in „*De Urije Fries*“ XXV (1917) 210 — *Organist in't Klooster M. in Friesland 1570*, in: *Bijdr. Gesch. Overijssel XIV* (1907) p. 189.

Series abbatum (Sibr. Leo)

1. Friedericus	1164—75	19. Gerbrandus II.	1385—94
2. Ento	1175—84	20. Wiardus	1394—1418
3. Gerbrandus I.	1184—85	21. Liudolphus	1419—20
4. Joannes	1185—94	22. Wibrandus	1420—27
5. Siardus	1194—1230	23. Tjalling	1427—62
6. Sibrandus I.	1230—38	24. Wilhelmus II.	1462—85
7. Jaricus	res. 1238—42	(antea abbas in Merna)	
8. Ethelger		25. Tako Abbinga	1485—1506
(vel. Jelgerus I.)	1242—59	res.	
9. Theodoricus	1259—75	26. Paulus Beckholt	1506—33
10. Bavo	1275—80	27. Petrus Venlo	1533—40
11. Walto I. Scheltinga		28. Joannes Hasselt	1540—48
	1280—1306	29. Henricus Smenck de	
12. Sibrandus II.	1306—13	Wolvega	depos. 1548—56
13. Poppo (Poptetus)	1313—29	30. Godefridus Sylvius (van	
14. Jelgerus II.	1330—44	den Bosch)	res. 1556—69
15. Walto II.	1344—50	31. Regnerus Asperen	1569—75
16. Wilhelmus Tjarda		† 1594 (antea praepositus in	
	1350—53	Buweklooster) confirmatus sed	
17. Fridericus II.	1353—74	non consecratus	
18. Hesselus	1374—85		

MARNE B. M. V., SS. Joh. Evang. et Nicolaus

Merna, Merne, Marna, Indemaren, Camera Stae. Mariae — Vloekklooster¹⁷⁷). In hodierno vico Kloosterburen¹⁷⁸), prope Groningen versus aquilonem. Quondam adiecit mari. Dioc. Münster, dein Groningen.

Monasterium duplex, postea divisum in duas partes:

1. OLDENKLOOSTER in de Marne St. Joh. Evang.

Sti. Joannis Evangelistae ad Vetus Clastrum, Monasterium Vetus, Oldeklooster

Vitetur confusio cum Oldenklooster bij Bolsward, sive Bloemkamp, abbatia O. Cist., et cum Oldenklooster bij den Dam, sive Feldwerd, abbatia O. S. B.

2. NIJEKLOOSTER in de Marne St. Nicolaus

Novum Clastrum, Novus Conventus, Monasterium Novum in Merna. Media hora distat a praecedenti, versus meridiem, in vico Wee. Vitetur confusio cum Nijeklooster op den Dam, quod erat parthenon ad abbatiam Werumensem spectans (vide infra), et cum Nijeklooster in Wymbritseradeel, asceterio O. Cist.¹⁷⁹)

Fata utriusque monasterii in Merna — novi et veteris — tantopere sunt connexa, ut praeter morem ea coniunctim inseramus. Ortum est hoc monasterium duplex ex canonia Doccumensi, probabiliter sicut haec, tamquam praepositura, inter annos 1170 et 1204. Nequaquam videtur esse certum, Mernam esse fundatam a Tacone fundatore Doccumensi, sed potius esse genitam ex schismate¹⁸⁰). Videtur definitive esse stabilita tamquam abbatia Ordinis anno 1204, cum canonicum quendam Cappenbergensem inveniamus ibi tamquam primum abbatem. Stetit exinde sub paternitate Steinfeldiae. Anno 1204 separatus est parthenon a canonia virorum. In hoc casu non virgines, sed viri translati sunt, et quidem in „Novum Clastrum“ vulgo Nijeklooster, non longe distans. Moniales

¹⁷⁷) v. WEERDEN 48, ROYAARDS 318

¹⁷⁸) Cum hoc nomen iam occurrat anno 1598 (Closter Buren, MS Ten Broek), fieri potest, monasterium adhuc florens ita fuisse designatum.

¹⁷⁹) Ista domus, non vero nostra, appellabatur „Aula Dei“ sive „Godshof“ (*Mon. Bat.* III 107). Inde confusio apud eundem auctorem (*Mon. Bat.* II 146)

¹⁸⁰) vide de hac re supra in praefatione, et apud Doccum

relicta sunt in Oldenklooster. Opinio Hegge et Ten Broek, viros transtulisse etiam patrociniū Veteris Claustrī in Novum (Sti. Joannis Evangelistae), monialibus dans in patronum Stum. Nicolaum, potest esse recta, quia in posterum pluries verbum fit de „abbatia Sti. Joannis Evang. in Merna“; quod certe refertur ad canoniam virorum. Tamen viget aliqua confusio hac de re, vel forte peractae sunt novae mutationes, anno enim 1540 memoratur „Novum Claustrum ad Stum. Nicolaum“¹⁸¹⁾, et anno 1590: „Antiquum Claustrum in Merna, Sti. Nicolai dictum“¹⁸²⁾. Ad canoniam virorum etiam certe refertur designatio „Camera Stae. Mariae“¹⁸³⁾.

Merna videtur fuisse minima ex quinque abbatiis circariae, anno 1290 visitator invenit ibi 240 religiosos tantum¹⁸⁴⁾. Abbatia possedit 617 ha bonorum¹⁸⁵⁾, dimidiam partem insulae Korenzand, curias in Schillegham et Uuterhues¹⁸⁶⁾, et praeter Oldenklooster et Nijenklooster, ecclesias parochiales incorporatas in Leens et Warfhuysen¹⁸⁷⁾. Habuit etiam duo refugia in civitate Groningana. Currente saeculo XV, canonia virorum desiit. Anno 1418 adhuc extitit, sed annis 1462 et 1509 tantum memoratur „abbas virginum in Merna“, et „abbas monialium Antiqui Claustrī in Merna“¹⁸⁸⁾. Annis 1519—71 constat, canoniam virorum fuisse redinte-

¹⁸¹⁾ Epistola abbatis Panhausen, de qua vide sis supra apud Langen.

¹⁸²⁾ Ex epistola informativa de fundatione collegii S. J. (AAU 1930 p. 156) Hic „Antiquum Claustrum“ potest stare erronee pro „Novo“.

¹⁸³⁾ Ita in necrologiis ut infra, et in epistola mox allata abbatis Panhausen.

¹⁸⁴⁾ Quod conferas cum incolis aliarum domuum: vicinus Floridus Hortus 1000, Lidlum 600, Dokkum et Mariengaarde 400.

¹⁸⁵⁾ FEITH, Rijkdom 20, 27

¹⁸⁶⁾ DE MONTE VER LOREN 130 (an. 1417)

¹⁸⁷⁾ anno 1475 (Cartularium Selwerd, fol. 96). Anno 1590, cum societas Jesu studuerit Mernam sibi arripere, expresse dicitur illam possidere duas tantum ecclesias parochiales monasteriis ipsis, scilicet Novo et Veteri, adnexas.

¹⁸⁸⁾ REIMERS FPU, Acta Cap. Gen. 106. — „Moniales monasterii Mernensis elegerunt anno 1497 in abbatem suum Wolbertum, recognoscentes, quod subjecerent colla sua universis et singulis electi imperiis, idque in praesentia abbatis Lidlumensis, Petri Visitatoris Circariae, qui loco Patris abbatis electum confirmat, mittens illum in... possessionem rerum et bonorum... monasterii Sti. Nicolai, praecipiens cunctis sororibus et fratribus praefati conventus, ut Domino Wolberto tamquam eorum, et earum vero... praelato obedientiam debitam impendant“ (Ex arch. Steinfeld., Bibl. Munic. Nancy MS 992, XI) Ex facto, quod moniales solae memorantur tamquam electrices, elucet, monasterium tunc fuisse asceterium, et fratres supradictos (secundo loco allatos!) fuisse neminem nisi aliquos capellanos et conversos — licet fuissent proprii professi — ut de more in asceteriis Frisiae.

gratam, sed anno 1590, moniales tantum erant superstites.¹⁸⁹⁾ Constat etiam, tempore quo Merna virilis erat extincta, moniales sibi elegisse abbates ex una ex abbatibus circariae, et tempore quo erat restaurata, bona utriusque monasterii non fuisse separata, sed coniunctim administrata¹⁹⁰⁾. Paternitatem exercuit Merna in coenobia quas genuerat: scilicet Aland et Langen, sed ad tempus hoc jus amisit¹⁹¹⁾.

Anno 1580 monasterium devastatum et combustum est. Exinde abbas cum aliquibus monialibus vixit Groningae. Ab anno 1585 Societas Jesu summopere conata est, bona Mernae adipisci in dotationem collegii Groningae fundandi. Anno 1589 abbatia ob id est suppressa a Sta. Sede, quod decretum vero non est in praxim deductum. Ultimus abbas cum obiisset anno 1590, expresse monialibus nova electio est interdicta, quod tamen, insistente abbate Lidlumensi, nihilominus fecerunt. Fundatio collegii Jesuitarum nondum successerat, cum anno 1594, Merna est suppressa. Anno 1599 proventus ex bonis eius erant 2760 fl, biennio post, adhuc vixerunt abbas et 7 moniales cum priorissa Trine Popkens. Ecclesia in Oldenklooster facta est parochialis protestantium, sed post modum novum templum ei est substitutum. Subsistit tamen campana ex anno 1501, et in fornicibus domus rusticae in Nijeklooster videntur superesse adhuc partes antiquae. Vicus Kloosterburen fidei catholicae semper mansit fidelis.

Archivalia: Arch. du Roy. Bruxellis, Nr. 9476 (saec. XVI, cf. d' HOOP III 350) — RA Groningen Recht. Arch. I, III, IV (de elect. abbatis an. 1590) — RR. Klg. Gron. 65/69 — RA Groningen, cf. FEITH *Reg. Gron* — Cf. FEITH CIAZD, RUTGERS, et BROM HENSEN

Subsistit imago monasterii Nijeklooster ex saeculo XVIII (HEGGE)

¹⁸⁹⁾ Anno 1519: „fratres et sorores Veteris Claustri in Merna“. In Cat. 1529 legimus: „Olde Cloester in die Marn, monialium“, nec patet clare, utrum „Nyecklooster Ord. Praem“ ibi allatum, indicet nostrum monasterium novum, an aliud op den Dam. Anno 1536, Capitulum Generale mandat abbati Marnensi, ut mittat „aliquos religiosos monasterij sui“ in asceterium Langen (Act. Cap. Gen. 313). Annis 1540 et 71, abbas Steinfeldensis memorat in epistolis suis „fratres in Novo Claustro in Merna“ (HUGO I 841).

¹⁹⁰⁾ Quod videtur esse factum iam ante annum 1418, quia in documentis monialium domus separatim adducitur. In Merna separatio virorum a parthenone numquam videtur tam rigide fuisse in praxim deducta quam v. g. in Bethlehem, Bajum et Weerd, vel in Nijeklooster op den Dam.

¹⁹¹⁾ Vide supra apud haec monasteria. Putamus etiam post annum 1509 paternitatem in Aland a Merna transisse ad Wittewierum.

Fontes et Litteratura: Act. Cap. Gen. Laon 106, 313 — HUGO II 237/42 — WAEFELGHEM 164, 125 — BÖRSTING SCHROER 422 — BROM HENSEN 394, Nr. 401/04, 407/09, 429, 437/40, 446, 447 — *Chartbk.* I 195 — Chron. Emonis (vide varias editiones, cf. ind.) — COTTINEAU 1825 — DRIESSEN p. 293, 296 — FEITH CIAZD p. 61, 88, 315, 317 — FEITH, *Abel Eppens*, II 32 — FEITH, *Rengers ten Post* I 328 — FEITH, *Reg. Gron.* I 28, 57, 280, 305, II 61, 62, 25, 110, 336, III 79, V 135 (?), Suppl. I 6, 159, MS 1519, 1520 — FEITH *Gron. Beklemer.* cf. ind. — GAN II 29/30, 55 — MIRAEUS ODH IV 683 — MOLL II 2, 35 — *Mon. Bat.* I 146, III 50 — *Ned. Klo. Zeg.* 22/28 — *OBGronDr* cf. ind Oldekl. et Nijekl. — REIMERS FPU 9, 79 — MS REITSMA II 23, XVII 13, 28, 29, 31 — ROELFSEMA 5, 9, 11, 19, 20, 22, 28, 35 — ROYAARDS 318 — RUTGERS *Farmsum* 545, 592 — De SITTER 61 (= FEITH, *Reg. Gron.* 1429, 2) — MS Ten BROEK — v. d. AA VI 157, VIII 196 — H. v. R. V Gron. 361 — WUMKES III, 5, 24, 43, 82, 92 — WYBRANDS *Gesta Abb.* 38, 135, 233, 235, 247 — AAU 1906:193, 1908:415, 1922:251, 269, 1923:38, 69, 90 — R. P. CLEVERINGA, *Overrechters in Stad en Lande*, Groningen 1941, passim — R. H. HEGGE, *Bij het honderdjarig bestaan van de parochie Kloosterburen*, s. 1. 1945 — J. Ph. de MONTE VER LOREN, *Rechterlijke Organisatie van Humsterland en de Marne*, Utrecht 1948, p. 98, 114, 130 — F. v. HOEK, et J. KLEYNTJENS, *Stukken betreffende de fundatie van een Jezuietencollege te Groningen 1585-94*, in: AAU 1930 et 1938 — J. S. van WEERDEN, *Beknopt Overzicht der geschiedenis van de Marne*, in: *Gedenkboek der vereeniging ter bevordering van landbouw en nijverheid te Leens*, 1941, pp. 47/50 —

In actibus, chronicis et archivis saepissime verbum fit de „Oldenklooster“, sed pluries impossibile est discernere, utrum agatur de Merna nostra an de Feldwerd, abbatia O. S. B. ei vicina, sed ei longe ditiore et potentiore.

Series abbatum

Thirbardus (praepositus) (= Tijtardus?)		Necr. Parcense 14. III
Henricus de Cappen- berg (item)	1204	HUGO, Emo, ed STRA- TINGH p. 4
Gerlifi abbas	12..	Necr. Parcense 26. VIII
Gebrardus	12..	Necr. Rommersdorf 25. III ^{191a)}
Hayo	1242/47	HUGO —
Heyko	1252	MS Ten BROEK
Fridericus	1252	HUGO — MSREITSMA II 23
Hugo	1270/76	OBGronDr 147
Hiddo	13..	HEGGE —

^{191a)} Gerberandus 14. IV (Necr. St. Jean d' Amiens, MS 995³ Bibl. Mun. Nancy)

Gaico	† 28. IX	HUGO, ex Necrologio Steinfeldensi ¹⁹²⁾
Hoyto	† 15. XI	item
Robertus	† 21. VI	item
Ludo	† 17. IV	item
Wabbo	1344	OBGronDr 379
Reiner	1355, 1371	ibidem 589, 593
Ludolphus	1374/81	ibidem 693, 622
Tytard	1411	REITSMA II 23
Richardus	— 1416 depos.	REIMERS FPU Nr. 29
Wabbodo (Wabbe)	1417—29 ¹⁹³⁾	ibidem. — De MONTE 130 Stadsarch. Gron. 1429, 2
Joannes Koenen	1440/42 ¹⁹⁴⁾	RA Groningen, Farmsum no. 836 h
Wilhelmus postea abbas in Mariengarde	1456/62	HUGO — WUMKES — DRIESSEN II 297
Jacobus	1471/75, † 1478	HUGO — Cartul. Selwerd (RA Gron.) fol. 96
Sebastianus van Hulst antea praepos. in Langen	1478—81	HUGO — FRIEDLAENDER II 1018
Mathias antea praepos. in Schildwolde	1481—	HUGO
Jacobus van Kleef	1483, † 1489	HUGO — REITSMA II 23
Wolbertus antea praepos. in Buweklooster	1497—1519	HUGO — StA Aurich, Urk. Aland Nr. 10 — Bibl. Mun. Nancy, MS 992, XI, 342
Jan van Kleef antea praep. in Aland, dein abb. in Wittewierum	1519—20	FEITH, Reg. Gron. MS 1519, 34, 1520, 39 —

¹⁹²⁾ Probabiliter unus alterve horum abbatum idem est ac quidam ex abbatibus aliunde notis, v. g. Gaico-Hayko, Ludo-Ludolphus.

¹⁹³⁾ Secundum HUGO obiit anno 1429

¹⁹⁴⁾ item 1442

Jan van Duveland?	1520	HUGO ¹⁹⁵⁾
Gerardus Waendorp	1521/40	HUGO — MS Ten Broek
Antonius Harderwijk	1540—43	HUGO
Bernardus Harderwijk	1543/52	item
Joannes Weidma(n) ex Colonia	1564—68 ¹⁹⁶⁾	HUGO — REITSMA II 23
Joannes Geelmuiden deinde abbas in Lidlum	1568/69	ibidem
Nicolaus Geelmuiden	1569—90	ibidem
Theodoricus Annius antea praepositus in Kusemer et abb. elect. in Dokkum	1591/94 ¹⁹⁷⁾	v. HOEK

NIJEKLOOSTER op den Dam B. M. V.

Nygen-, Nien Cloester by den Damme, Novum Clastrum, Campus Rosarum, Romerswerp, Nyeklooster by Appingedam. — Vitetur confusio cum Nijeklooster in de Marne. Notandum est, Oldenklooster op den Dam, huic „Claustro Novo“ tamquam „Vetus“ correspondens, huic fuisse vicinum quidem, sed pertinuisse ad Ord. Sti. Benedicti, (Feldwerd).

In vico Oosterwijtwert, in pago Fivelgo, prov. Groningen. — Dioc. Münster, postremo Groningen.

Parthenon, prioratus. De ortu et fundatione eius vide infra apud Wittewierum, cuius „sectio feminea“ erat. Anno 1286, ecclesia eius, in

¹⁹⁵⁾ Quod scimus ex Hugone tantum, et videtur nobis aliquatenus dubium. Joannes de Duveland, qui annis 1488/1505 erat abbas in Doccum, deinde factus est praesul in Lidlum; quo munere est privatus anno 1518 (WUMKES 72). Anno 1521/26 „Joannes quondam abbas in Lidlum“ erat visitator circariae (Act. Cap. Gen. 208), cui committitur visitatio „partium Hollandiae, Gelriae et Frisiae“. Vix alius esse potest quam Joannes de Duveland, abbas anno 1518 depositus. Si revera interea fuit abbas in Merna, certe ad breve tempus tantum.

¹⁹⁶⁾ Videtur fuisse antea prior in Lidlum (Joannes Veijdman Coloniensis, WUMKES p. 77)

¹⁹⁷⁾ Electio eius, primitus de jure invalida, a parte Ordinis dein confirmata, et ab auctoritate ecclesiastica practice recognita est (Arch. Roy. Brux. Abb. du Parc Nr. 9476)

qua Emo fundator est sepultus, consecrata est. Sub abbate Emone ibi erat schola puellarum, ad statum religiosum destinatarum, ubi ipsae sorores instruebantur in arte scribendi. Anno 1350 80 virgines peste moriuntur. Bona monasterii, quae erant separata (465 ha¹⁹⁸), partim erant sita in Frisia Orientali. Cum Wittewierum anno 1568 esset suppressa, ad dotandum episcopatum Groninganum, Nijeklooster opera abbatis Steinfeldensis conservatum est. Anno 1594 suppressum est, cum 11 monialibus. Anno 1598 „totum quadrum Novi Claustri, cum ecclesia, et lactaria . . . alta domus prioris, alta porta et culina . . .“ venumdantur in demolitionem¹⁹⁹). Priorissae: Enka 1458/66, Heyle 1502, Cornelia Cornelis 1596.

Archivalia: StA Aurich 4 chartae 1458/66, cum sigillis — ibidem 1 diploma 1502 (No. 91 Langen) — RA Groningen, cf. FEITH, Reg. Gron — RRKlgGron 64/68.

Fontes et Litteratura: cf. Wittewierum. Specialia: HUGO I 451 — WAEFELGHEM 212 — *Chron. Emonis* — Diarium Alting 18. 3. 1575 — FEITH, *Abel Eppens* I 526 — FEITH, *Reg. Gron.* II 336, 1511 (21), 1572 (3) — FEITH, *Gron. Beklemer.* cf. ind. — GAN II 55 — *Mon. Bat.* II 148 — MOLL II 2, 35 — *OBGronDr* cf. ind. — RICHTHOFEN II 912/13 — ROELFSEMA 22 — MS Ten BROEK — WUMKES 43, 52 — AAU 1906, 193 — N. BACKMUND art. cit. supra apud Heiligerlee — J. G. RIJKENS *Romerswerf-Rozenkamp, nu Nieuwenklooster*, in: *Almanak van Goeden Smaak* 1833, pp. 43/53.

Priores

Petrus	1458/66 (StA Aurich)
Johan Boemel	
postea praep. in Langen	—1479 (FRIEDL. 1018)
Wilhelmus	1502 (StA Aurich)
Henricus Joannis	1571 (Stb. Prov. Sch. 1626, p. 255)
Hieronymus Bolswardiensis	1577/79 ibidem
Hermannus Elborgius	1596, † post 1603 (RR Klg Gron. 68, 2 p. 39)

¹⁹⁸) FEITH *Rijkdom* 12, 27

¹⁹⁹) RR Klg Gron 68. 4, p. 128

PALMAR B. M. V.

Pallamaer, Palla, Poll, Poel, Palma, Palmarum, Pallemar, Porta Stae. Mariae, — Maior²⁰⁰) In parte occidentali pagi Reiderland, interea in sinu Dollart submersa, potius Neerlandiae est addicendum quam Germaniae. Prov. Groningen, Dioec. Münster.

Monasterium duplex, praestans et locuples. Fundatum est, ut enarrat Emo, circa annum 1204 „per quendam bone memorie, qui tunc pfeuit familie in Berethe, olim abbatem in Doccum“. Cetera ignorantur. Semper stetit sub paternitate abbatum Doccumensium. In visitatione anni 1290 ibi erant 190 religiosi. Anno 1338, praepositi de Palmar et de Langen tamquam soli deputati adsunt inter testes in reconciliatione Frisonum cum Groninganis²⁰¹). Ab anno 1297, Palmar iterum iterumque a fluctibus conturbatum, immo devastatum est, ita ut anno 1447 debuerit dissolvi. Bona et membra conventus distributa sunt inter abbatias Dokkum et Wittewierum. Annis 1509/11, aedes eius definitive a mari sunt consumptae. Loco eius nunc est mare altum. Praepositorum eius tantum notus est ultimus, Folkerd annis 1440/47²⁰²).

Archivalia: StA Aurich — Vide etiam FRIEDLAENDER, et FEITH *Reg. Gron.* Perpauca supersunt.

Fontes et Litteratura: HUGO II 330, 471 — WAEFELGHEM 425 — BÖRSTING SCHRÖER I 428 — *Chartbk.* I 195 — COTTINEAU 2181 — DRIESSEN 134, 444 sq — FEITH, *Reg. Gron.* I 120 — FRIEDLAENDER 57, 516, 577, 583, 589 — HEIJMAN *Ostfr.* 36/38 — HOOGEWEG *Nieders.* 108 — HOUTROUW I 296/97 — KOCHS 78 — *Mon. Bat.* II 153 — REIMERS *Heil. Ostfr.* 26 — A. STRATINGH VENEMA 34/36, 327/29 — SUUR 70/72 — MS Ten BROEK — *Tegenw. Staat* 233 — H. v. R. *Oudh.* 470 — WESTENDORP II 19 — J. BLOK, *Het Oldambt in oude tijden*, in: *Gron. Volksalm.* 1890, p. 37 — *Navorscher* XXXVI (1886) p. 512, 630 —

²⁰⁰) MS Ten BROEK. Ita appellabatur Porta Stae. Mariae, fatente isto auctore, ut distingueretur a Barthe matre sua, quae secundum MATTHAEUM *Anal.* III 549 eadum ex causa vocabatur interdum „Porta Frisiae Orientalis“. Ut iam diximus supra apud Barthe, authentice hac de re nihil constat omnino. Vitetur confusio cum Porta Stae. Mariae sive Oegeklooster prope Bolsward, quod monasterium primo fuerat O. Cist., dein O. Tert. S. Francisci.

²⁰¹) *Chartbk.* I 195

²⁰²) FRIEDLAENDER 516, REITSMA XV

SCHILDWOLDE B. M. V.

Scaldu-, Sceldu-, Scelwalda, Schel-, Schilwolda, -wolde, -wald, Gratia Stae. Mariae prope Slochteren, in prov. Groningen — Dioc. Münster, postremo Groningen.

Parthenon, praepositura, initio monasterium duplex. Fundatum est circa annum 1204 ab Henrico canonico Cappenbergensi, qui tunc videtur fuisse praepositus in Merna, et qui primas sorores probabiliter miserat ex illo monasterio. Dotationem dederat quaedam matrona nobilis, quae postea conversa facta est in hoc parthenone. Primus praepositus erat Herdericus eius nepos, vir dives et potens, qui se consideravit fundatorem et dominum novi asceterii. Primo petierat tutelam abbatis Clarholtensis, quapropter Schildwolde in Cat. Ninivensi II indicatur tamquam filia illius canonicae. Sed hoc ligamen a patribus circariae non considerabatur tamquam legitima paternitas, sed potius tamquam aliquid „ad personam“. Post mortem Ludgeri abbatis Clarholtensis anno 1234²⁰³) „questio cepit haberi, ad quem locum predicta ecclesia deberet habere respectum²⁰⁴)“. Commiserunt autem patres Capituli munus patris abbatis Horto Stae. Mariae. Sed Herdericus ultra decennium pertinaciter recusavit, se et domum suam subijcere „huic hortulano“, ut irreverenter nuncupabat abbatem Horti. Inde lites et scandala, in „Gestis Abbatum“ et in Chronica Emonis lepide descripta, et ad quae movenda diu absque successu operam dederunt Emo abbas Floridi Orti et abbates Horti Stae. Mariae, immo episcopus se immiscuit, donec Herdericus, qui in vanum sibi fundaverat asceterium Heiligerlee in refugium, coactus est dignitati suae renuntiare versus annum 1250. Schildwolde dein subdita est paternitati abbatum de Mariengarde, sed filia Heiligerlee per aliquod tempus adhuc ei mansit coniuncta. Visitor anno 1290 invenit in Schildwolde 160 religiosas. Monasterium possedit 527 ha terrae²⁰⁵), et curiam in Ter Apel, ubi forte primitus erat domus filialis formata, de qua vide infra sub dubiis. Anno 1538, praepositus praesumpsit professionem cuiusdam canonici admittere, quod a Capitulo Generali est interdictum²⁰⁶). Eodem tempore, praepositus Schildwoldensis — forte est idem — a fide defecit, et factus est praedicator lutheranus in Germa-

²⁰³) Vide vol. I 174. Abbas iste Herdericum „tuicione sua per suam eloquentiam in omnibus actionibus tamquam pater filium defensabat“, ita ut ille „visitorum Westphalie seu Frisie, tam abbatum quam praepositorum, visitaciones minime curabat“ WYBRANDS, *Gesta Abb.* 227)

²⁰⁴) WYBRANDS l. c.

²⁰⁵) FEITH *Rijkdom* 20, 27. Possedit grangiam in Broke (WYBRANDS, *Gesta Abb.* 244)

²⁰⁶) Vide de hac re supra in praefatione.

nia²⁰⁷⁾. Ab anno 1563, successor eius omnia fecit ad obtinenda bona parthenonis Barthensis in terra Groningana sita, immo et aliquas sorores illius domus induxit, ut ad suam transirent, et illam esse unitam cum Schildwolde, sollempniter declararent, sed absque successu: conventus enim Barthensis hanc declarationem „apostatarum“ non recognovit ut validam. Inter annos 1580 et 90 ultimus praepositus potitus est usufructu bonorum Barthensium, sicut et Langensium (eodem circiter tempore), ultra Amasum sitorum²⁰⁸⁾. Idem praepositus magnas partes habuit in seditionibus et rebus politicis in pago Groningano. Anno 1595 coenobium est suppressum²⁰⁹⁾. Anno 1598 adhuc decem moniales erant in vivis. Paulo post aedes sunt venditae in destructionem, bona alienata sunt a provincia anno 1764.

Archivalia: RA Groningen 4 doc. 1576/87 (de incorporatione Barthae) — Statenarchief ibid. 1595 no. 9 — RR Klg. Gron 65 sq. — Cf. FEITH, et RUTGERS.

Fontes et Litteratura: Act. Cap. Gen. Laon 313, 324, 325 — HUGO II 779 — WAEFELGHEM 273 — BÜRSTING SCHRÖER I 424 — *Chartbk.* I 195 — *Chron. Emonis* — COTTINEAU 2979 — FEITH, *Abel Eppens* I 170, II 554, 603, 618, 637, 657, 669 — FEITH CIAZD 153, 161, 167 — FEITH, *Reg. Gron.* I 16, 134, 174, 191, II 54, III 63, 69, 85, 86, 109, V 108, Suppl. I 103, 125, MS 1506 no. 36, 1521 no. 43 — FRIEDLAENDER 57 — GAN II 53 — MOLL II 2, 35 — *Mon. Bat.* II 170 — *OBGronDr* 66, 68/70, 78, 79, 81, 82, 354 — MS REITSMA XV, XVII 9. 13 — J. G. RIJKENS cf. Wittewierum — ROELFSEMA 10, 22, 35 — RUTGERS *Farmsum* 530, 554, 620, 642, 698, 702 — De SITTER 316, 318, 319 — *Tegenw. Staat* 370 — MS Ten BROEK — v. d. AA X 229 — H. v. R. V Gron. 374 — WUMKES IV, 8, 20, 43 — WYBRANDS *Gesta Abb.*, I. c. — IDEM, *Bloemhof* I. c.

Praepositi

Herdericus	ca. 1204 —	Gesta Abb. 227
	ca. 1250	
Galtetus	ca. 1250	item
Evert	1429	(RUTGERS p. 554)

²⁰⁷⁾ FEITH, *Abel Eppens* I 170

²⁰⁸⁾ RR Klg Gron 68. 3 p. 117

²⁰⁹⁾ Ex epistola quadam ultimae priorissae Marryken Aerens (RA Groningen, Reg. FEITH 1595 Nr. 9) patet, mense februarii anni 1595 suppressionem monasterii fuisse imminentem quidem, sed nondum peractam.

Eggardus 1458	1458	(REITSMA XVII 9)
Mathias dein abbas in Merna	—1481	HUGO II 240
Andreas	1486, 1506	RA Gron. 1486 Wittew. Reg. Feith MS 1521, 43
Albertus van Munster	1527, ca. 1537	RUTGERS p. 620 (cum sigillo conventuali), FEITH Abel Eppens I 170
Taco Haringa	1578/94 † post 1603	ibidem passim — RUTGERS 702

SCONA MORA B. M. V.?

Dioc. Bremen, ideo in Germania.

Monasterium, quod extitisse tantum patet ex catalogis Ordinis post annum 1290 redactis (HWTAP), et ex Ind. Vis. 1290. In catalogis omnibus insertur tamquam sita in dioecesi Bremensi, et ut filia Floridi Horti (ATWP), vel Horti Stae. Mariae (H). Visitator anno 1290 invenit ibi 20 religiosos non indicati sexus. Nullibi dicitur, utrum fuerit praepositura an prioratus, asceterium an monasterium duplex. Probabilius vero eandem characterem habuit ac Hopels et Koldinne; ideo supponendum est, Sconam Moram fuisse monasterium duplex vel asceterium, parvum atque tenue, a praeposito gubernatum. De cetero nec fontes Ordinis, nec Frisiae vel dioecesis ullum verbum habent de monasterio huiusmodi. Hugo annalista, praeter existentiam eius, se fatetur nihil scire. Recentes historici varias posuerunt hypotheses, ut ubicitem illius definirent.

Certe Scona Mora non est idem quod Sconemore = Schönemoor prope Bremen, ubi eam quaerit (Wumkes²¹⁰), et ubi numquam fuit monasterium ullum. G. v. d. Elsen putat, Sconam Moram idem esse ac Weerd prope Morra, a De la Torre „Morawert“ nuncupatum²¹¹). Favere videtur huic sententiae non solum similitudo nominum Mora-Morra, sed etiam factum, quod Weerd in omnibus catalogis MSS desideratur, et quod historia eius anterior est ignota. Tamen huic opinioni, quam secuti sunt diversi auctores, minime possumus annuere. Factum absentiae asceterii Weerd in

²¹⁰) *Abtenleuens* p. 43, nota. — Cf. HODENBERG, *Bremer Geschichtsquellen* I 97

²¹¹) *Leven v. d. Zal. Fredericus* p. 110 — De la TORRE 195. De asceterio Weerd vide infra.

catalogis parum refert, quia constat, eos prioratus monialium, utpote partes integrantes abbatiarum matrum, omittere. Atqui Weerd tali modo annexa erat abbatae Doccumensi. Insuper nec erat sita in dioecesi Bremensi, nec erat filia Floridi Horti. Ut iam diximus, ubi de Kusemer, catalogi geographice progrediuntur quoad hanc circariam, ab occidente versus orientem. Scona Mora apud illos insertur novissima omnium, ergo in extremo oriente Frisiae²¹²). Si esset idem ac Weerd, juxta abbatiam Doccumensem fuisset collocanda.

Proponimus ergo novam sententiam. Emmius scribit de „coenobio Schouw“ prope Esens, „de quo nihil scitur certi“²¹³). Ex auctoribus recentioribus discimus sequentia hac de re²¹⁴):

Prope Esens versus meridio-occidentem, in solitudine in mediis paludibus (germanice: Moor) invenitur praedium Schoo, et non longe ab eo locus nunc desertus, qui dicitur „Altes Kloster“, sive „Oldeklooster“. Certe supponere, fas est, ibi fuisse aliquando quoddam monasterium, sed authentice scimus tantum, praedium Schoo, et locum Oldeklooster initio saeculi XV fuisse grangiam canoniae Marienkamp in Esens. Quae domus, primitus monasterium duplex „Conversorum Ord. Sti. Benedicti“, circa annum 1424 Ordini Can. Reg. O. S. A. fuerat tradita, et Benedictini utriusque sexus ad abbatiam Marienthal in Emden sunt translati²¹⁵). Probabile est, hoc coenobium, de cuius historia et origine ceteroquin nihil fere scitur, primitus stetisse in loco remoto Oldeklooster, et postea fuisse translatum in pagum Esens. „Antiquum Clastrum“ dein factum est curia. Constat etiam, nomen „Campus Stae. Mariae“ fuisse impositum a Canonicis Sti. Augustini, dum antea Stus. Benedictus erat patronus²¹⁶). Suur enarrat, in ecclesia „Antiqui Claustri“ juxta Schoo, saeculo XV extitisse peregrinationem B. M. V., ex quo elucet, Stam. Mariam fuisse patronam primariam²¹⁷).

²¹²) Ex iisdem rationibus Sconamora nequit esse idem quod Scharmer, de quo vide infra sub praetermissis.

²¹³) *Fris. Orient.* (1616) p. 52

²¹⁴) ARENDS 461, HOUTROUW 342, 364

²¹⁵) Anno 1421 fuit abbatia (FRIEDLAENDER I 410). In Vita Arnoldi Creveld (MS StA Aurich, A 91, cap. 12. Conscriptum est ante annum 1431), legimus: „in singulis grangiis, domus agriculture construxit, scilicet in... Schoege, in Antiquo Claustro...“. Arnoldus, qui erat prior in Marienkamp, nuncupat habitatores primitivos monasterii „Frisonos, antiquos monachos“. (Aliunde ceteroquin constat, ibi fuisse etiam moniales, cf. BUSCH, Chron. Windesh., ed. K. GRUBE, p. 358).

²¹⁶) REIMERS *Heil. Ostfr.* p. 27. Campus Stae. Mariae in catalogis Ordinis occurrens probabilius refertur ad Kusemer.

²¹⁷) SUUR 51, 54 (. . grangiavit et incorporavit Scoghe..).

Monasticon Praemonstratense, Editio Prima, Tomus II, 1952

Videtur nobis probabile, hoc „Antiquum Clastrum“ in Schoo esse nostram Sconam Moram. Situm est enim medium inter duo alia coenobia, quae Ordo noster habuit in dioecesi Bremensi, et cum quibus Scona Mora semper in Catalogis enumeratur, Koldinne nempe et Hopels. Si Scona Mora est filia Floridi Horti, supponere possumus, eam fuisse fundatam ab abbate quodam illius coenobii, et quidem ultimis decenniis saeculi XIII. Hoc tempore enim „Chronicon Menconis et continuatoris eius“ fit plus minusve defectuosum, nec amplius historiam completam canoniae praebet. Emo, immo et Menco primis suis annis, foundationem monasterii filialis probabilius memorassent, si accidisset ante annum circiter 1250/60. Fieri ergo potuit, Sconam Moram, ut domum parvam et pauperem, a patre abbate vigilanti longe dissitam, saeculo XIV e relaxatione transiisse ad Ordinem liberiolem. Etiam Hopels et Koldinne, Sconae Morae vicinae, saeculo sequenti ab Ordine defecerunt, aliique sunt unitae, et quidem ope eiusdem canoniae Marienkamp, quae orta esse videtur e nostra Scona Mora.

Archivalia, sicut Fontes et Litteratura, non existunt, praeter ea, quae supra attulimus. — HUGO II 781 — WAEFELGHEM 275 — MATTHAEUS *Anal.* III 550 (Scona Mons) — HODENBERG D. Br. III 99, nr. 357 (Schoe)

